

fenfuique expert, vel ex toto, ut in apoplexia, vel in parte, ut in paralyfi. Deinde si ligetur nervus medius, pars versus cerebrum movetur, ac sentit: versus eorum neutrum praestat. Denique capite refrigerato, & oclusa vaporibus via a cerebro ad fenfus externos, oritur somnus, qui otium est animalium functionum.

CEREBRI QUANTITAS, ET QUALITAS.

Proportione servata in homine majus est cerebrum, quam in ullo animali. Ut docet Arist. lib. 2. de p. an. 1. 4. 5. de gener. anim. cap. 3. Idque in infantibus humiditate circumfluit. Ideoque nervi, qui inde propagantur, initio teneriores sunt, ac proinde in idonea ad movenda membra, donec aetatis progressu firmentur.

Etiam inter omnia membra cerebrum est frigidissimum, ut adfirmat Arist. e. 3. lib. de somnio, is. vigili. Est autem frigidus corde: unde oportum est ad stomachi halitus condensandos, Quod hac similitudine Aristot. expressit. Velut enim vapor, qui calore solis & locis humidis exhalatur, cum ad medium acri regione pervenit, ob algorem ejus loci perfrigeratur, coactaque, & in aquam versus ad ima suo pondere labitur: sic vapor ventriculi, quantumvis calidus, ubi calor innati vi ad cerebrum applicat, ejus frigore coacturatus, & con- B fertus deorsum truditur.

Consule Tit. de Affectibus corporis.

Ceremonia.

Vide CEREMONIA.

Cerevisia, sive Cervisia.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Cerevisia potus est ex frugibus certa arte confectus. Ita dictus a Cerere, quae frugum Dea a Poetis appellatur. Cerevisia, inquit, vetus vocabulare, quasi vis Cereris in aqua.

VARIA ILLIUS NOMINA APUD VARIOS.

Adrianus Junius lib. 2. c. 12. Animadvertit, varias Cerevisiae appellationes fuisse. Nam, inquit, Zythum Aegyptii: Celiacum Hispani: Cerevisiam Galli: Sabajam Illyrii: Parabiam Paonii: Curmi Barbari: Oela Dani: Alam Anglii: Bier Germani, fortassis a pira, quorum fucus olim potui serviebat: C dixerit. Addunt alii Ceroforium, Pomacium, Siceram, Juritheim, & nescio quae nomina portenta.

ILLIUS INVENTIO, ET USUS.

Potum ex hordeo, Dionysius, id est, Liber pater, primus confectum, teste Eusebio in de Evang. prep. cerevisiam vocant: secundum Dioscorid. Zythum dicitur, paulum a vini sapore differens. Olim in primis fuit communis Aegyptiorum potus. Herod. lib. 2. Strab. Quod Dionysius potionis genus eos potissimum conficere docuit, quorum regio vites non fert. Quapropter hodie Angli, Scoti, Hyberni, item Galli, Germanique omnes Oceani occidentalis, septentrionalisque accola, eo utuntur potu, qui advectum tantum vini copiam habent. Sed Germani dum cerevisiam faciunt, admiscunt frugibus herbam, lupulum dictam, quae reddit potum salubriorem. Polyd. de Inventoribus Rerum.

Pistum est cythisi flore potus suavissimum, & saluberrimum conficere solebant. Quod cum gente perit: nam secreta D compositio apud illos erat, forsitan ob vestigal. Card. de Rerum Varietate lib. 6. c. 22.

* Sub Carolo IV. Hamburgenses cerevisiam suam per mare ad exteros devehendo, celebrem reddere ceperunt, repugnantibus Bremensibus, quorum cerevisia in pretio erat. Grantz. lib. 10. Metrop. c. 26.

* Certè antiquissimum esse Cerevisia usum constat ex Ovidio in Metamorph. qui in fabula Cereris dicit, eam querendo Proserpinam suam, & defatigatam, quaevisse a vetula potum, nam liti penè enecabatur, quae Dulce dedit testa quod coxerat ante potentia.

In Belgio Cerevisia Anglicana astituratur. Vocant eam Angli Kuttu, estque familiaris ipsorum potus.

DE CEREBISIAE QUALITATE JUDICIA VARIA.

TURNEBUS Galorum doctissimus astituratur, potum Cerevisiae esse saluberrimum, & homines diutius victuros, si erapulam evitent, hoc potu, quam qui vino utuntur. Indeque fieri, protrahi magis aetatem apud Anglos, quam alibi.

Nihilominus Henricus Abriensis Regis Henrici III. Poeta, Cerevisiam suis verbis perstringit, camque ceu noxiam fanit. Et tati irridet. Ita enim scribit:

Nescio quod stygia monstrum deforme paludi Cerevisiam perique vocant: nil spissius illa Dumbibitur, nil clarius est, dum mingitur. Unde Constat quod multas faeces in ventre reliquit.

Memorat Guil. Candemus in descript. Britanniae.

Ekelensfordæ in Hollatia, cerevisia coquitur ex limpidissimis fontibus, quod oppidum illud in placis habeat, admodum salubris, quia solutioni alvi plurimum conducit, ideoque cabellum vocant, apud Georgium Bravium Tom. 5. Theatri Civitatum, illud de ea Epigramma legitur.

Cur Ekefordensis potus Cabellus vocatur?

Nonne quid bellè pota cacare facit?

Est apud Struckium l. 3. Antiq. convival. Epigramma Graecum in cerevisiam nostratam, quod Erasimus ita latinè vertit.

Bacche qui? unde venit? verum tibi deesse Bacchum.

Te baud novi: tantum est cognitus ille Jovi.

Is nescit redolere, hircum ta: Dic age, nam te

E spicis fixit Gallia vitis inopi.

Non igitur Bacchum te dixerit, sed Cerealem: Hinc Cerevisia.

Et frumentigeram, nec Bromium, immò Bromum.

Vide de Cerevisiae temperamento, qualitate, forma, Valeriolam lib. loc. commun. Manard. lib. Epist. 5. Epist. 2. Villichium in Germ. Taciti. H. Ranzovium de valet. tuen.

* Cerinthiani.

Haeretici fuerunt tempore Apostolorum, dicti ab authoris suo Cerintho, qui fuit unus ex illis, qui Petro Apostolo ad Cornelium venienti resistit, & turbationem inter Apostolos movit, sustinens à Gentilismo ad Christianissimum viam non parere, nisi per Judaismum. U habetur Act. c. 15. accedente praesertim interpretatione Epiphani, heret. 28. Et notatur à Paulo inter falsos testes, exploratores, & libertatis Christiana evectores. Idem Cerinthus causam dedisse videtur, cur Synodum convocaret Petrus. Unde Philaster. de eo scribit, commotionem sub Apostolis, & seditionem fecerat, qua decreto Apostolico fuerat sedanda. Idem Jerolymis adversus Paulum surrexit. De quo Act. 21.

Queratur Tu. de Haereticis.

* Certamen.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Certamen à certando, quod vel significat pugna, sive praesertim vel contendendo de re quapiam, deducitur, estque conflictus, contentio, pugna inter duos, vel plures, a quo Gregor. dicitur, sive iuramentum. Latius autem accipitur pro quavis contentione, sive ea sit de re ludica, sive seria, publica, vel privata: sive sint res animi, sive corporis, internae vel externae. Unde & Certamina varia leguntur inter viros litteratos de variis argumentis, opinionibus, sententiis. De quibus consulendi loci Scientiarum. Nos hic animi commotionem, quae certando sive contendendo acquiritur, perpendimus.

QUI CERTAVERINT.

Populi.

Notati sunt Lydi, quod ad bellum capeffendum aequo pro- H pensiores essent. Hinc adagium, Lydum in campum provocas, in eum competebar, qui lacefferet jam dudum ad id propentum, ac promptum. Erasim. in Adag.

Philosophi.

Empedoclem ajunt iis fuisse moribus, ut assidue similitatem cum aliquibus suscipere, casque pertinacissimè exerceret. Inde natum proverbium, Empedoclem simulas, in eum, qui dicebatur pertinax, & irconciliabilis. Erasim. in Adag.

Senes cum juvenibus.

C. Marius vir Consularis, cum ob corporis imbecillitatem senilem imperium sociali bello deposuisset, Sylla verò res praclare gessisset contra Mithridatem, emulatione motus se à Sulpitio Tribuno pl. consulentem appellari passus est. Quam rem Syllae exercitui indignè ferens, cum Sylla Romam infectis lignis contendit, & Marium urbe expulit. Plutarch. in Mario.

Anato

Agathonem poetam amabat Pausanias sigulus. Aliquando venerunt Archelaum regem Macedoniae ambo. Archelaus non minus amotis, quam litterarum studiosus, cum videret crebro esse contentiones inter Pausaniam, & Agathonem, arbitratus amorem ab amasio sperni, interrogavit Agathonem, Quid sibi velle, quod frequenter simulat exerceret cum eo, à quo summoque amaretur? At ille: Non rustica morositate id facio: sed quia tum ex aliis, tum ex arte poetica, judicissimum amantibus esse reperio, si ex contentione, & libitibus in gratiam redant. Hujus ergo voluptatis per sepe cum participem facio frequenter litigando. Gaudium enim capio, si continuum cum eo contentionem dissolvam, & reconciliem. Amavit eundem Agathonem Euripides poeta, & drama Chrylippum in ejus gratiam elaborasse dicitur. Aelian. lib. 2. de Var. hist.

Mulieres.

Anus quapiam fuit Ptolemae, quae quoad vixit, lites agitabat, nec unquam à causis agendis erat feriata. Itaque in proverbium abiit: Ptolemae si dicit, Ptolemaica. Diogenianus.

QUOMODO.

Virtute.

Consule Tit. Virtutis certamina in genere, & in specie, Liberalitatis, Justitiae, &c.

Amore.

Cum apud Indos vetus esset lex, ut qui ducerent uxores, & quae virgines nubentem non secundum parentum praescriptum, sed mutuo consensu nuptias contraherent: superiori tempore factis sponsalibus per juniores, plerumque accidebat, ut judicium mutarentur, & statim verique perentiam ductis, multae mulieres corrumperentur, & per interperantiam alios adarent: tandem cum non possent honestè deficere ab eis, quos primum elegerant, in eodem contubernio veneno veno necabant. Regio autem non exigua occasiones ipsis dabat, quae multas, & varias plantarum vires ad necandum comparatas ferebat, ex quibus quaedam in usu ciborum, & potus interitum adherent. Hac fraude vigente, & multis ad eum modum perentibus, postquam puniendo fontes, alias avertere non poterant à maleficiis, legem tulerunt, ut uxores simul cum maritis concrementur: exceptis gravidis, aut habentibus natos: & ut ea, quae decreto nollet parere, vidua esset, & ipsi perpetuo interdicentur sacrificiis, & aliis jure constitutis, tanquam impiè se gerent. His ad eum modum jure stabilitis, accidit, ut uxorum improbitas in contrarium prolaberetur: Nam propter nimiam infamiam, cum unaquaque libenter perferret mortem, non solum procurabant salutem secum habitantium, tanquam quae communis esset, sed inter se certabant, veluti de summa gloria. Quod ipsum in Cetei Indorum ducis, qui Eumeni in Gabiene contra Antigonom pugnantem auxiliatus affuerat, sepultura accidisse. Diod. lib. 19. testatur.

Improbitate.

Vide locum, Improbitalis certamina universim, in specie verò, Libinisi, Persidae, &c.

Vide Certamina Prudentum, Tit. Consilium.

Mendacio.

Prois xpta xpti xpti, id est, Adversum Cretensem cretiza, adversus mendacem mendacis utere.

Corporis agilitate.

D Toko Haraldò IV. Danorum regi ejus artis, quae Finii nivalis saltus peragravit, peritorum jactant se in confimili genere confrens, ejus rei experimentum dare coactus fuit. Saxo.

Equorum cursu.

Lesso I. Polonorum principe sine liberis defuncto, placuit inditio ad certam diem maculolorum equorum cursu, qui primus ad metam pervenisset, ejus dominus ut princeps esset cuncta Poloniae. Figurata meta apud Prandanicum amnem, ad Septentrionalem plagam Cracoviae. Ibi Lescus quispiam, procerum, & competitorum unus, cum stadium vasto consilio, itatis clam in sabulo ferris hexagonis, quibus currentium equorum pedes laterentur, impedivisset, ipse obliquo minime impedito traxerat primus ad metam pervenit. Miraculo attonitis omnibus, & jam victorem, atque principem divinitus sibi oblatum Lescum conclamantibus, techna deprehenditur. Protrahitur Lescus in medium, convinctur, damnatur, concepitur. Cromerus lib. 2.

L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. II.

Cum de finibus Argivi, atque Lacedaemonii contenderent, & Argivi potiora sua dicerent jura esse, Lylandus stricto gladio affirmavit, Hujus potiora esse jura. Plut.

Sacramento.

Sacramento contendere quid sit apud Cicer. de Orat. 1. & Val. Max. lib. 7. enucleavit Varo fragmentorum lingua Latina: secundo: Qui pecebat, inquit, quique infaciabatur, de rebus aliis utrique quingentos aris ad pontem deponabant, de aliis item rebus certum numerum asium: qui verò judicio vice- rat, suum sacramentum à sacro auferbat, victi ad ararium redibant. Col. lib. 12. c. 12. A. L.

Voto.

Romæ solemnè Venerialium vinum ex delubro Veneris affatum offundunt, hac de causa Thufcorum dux Mefentius legatos ad Aeneam foderis injendi causa milit hac lege, ut acciperet vinum, quod eo anno natum esset. Quod abnucente illo, Thufcis pronuciavit, victorem praelio se vinum praebiturum. Cujus Aeneas acceptis promissis, vinum diis consecravit, atque post victoriam obtentam, coactum, quod erat natum, profudit pro sano Veneris. Plut. in q. Rom.

Sponsione.

Caso ab Helvetiis ad Naneum Carolo Burgundo, cum gelu facies intumuisse, dispoisci difficile poterat. Frater in primis ejus Antonius, phisicus deinde ejus, assenserat Carolo esse: puer qui galeam duos praeferebat, itidem, qui aderat dum caderet, is monstravit etiam cadis locum. Alii vivum abreptum in manus Francorum regis pervenisse, alii fuga elapsum sed sponte exulantem abiisse, rediturum post praesentium à se tempore ferebant. Mercatores magna levitate in eum casum & emebant, & vendebant plurima, primum exolvenda in ducis reditu. Caepti (ut fieri solet) res in quaestum verti. Qui enim ea conditione vendidit rem affirmationis centum, ab aliis suo facto in opinione confirmatis, submissio socio emit, & lucratus est mille. Inventus est Bruxellis quem homines post aliquot annos Carolum esse dicerent, ipso pernegante. Grantz. lib. 12. Saxo. c. 15.

Verbis, Verba commutare.

Ex Titulo praecedentibus exempla peto.

PROPTER QUID. Causa. Eruditionis Doctrinae, Disputationes, Doctorem.

Vide Certamina Grammaticorum, Poetarum, Logicorum, &c.

PRISCUS philofophus, Maximi collega, Juliano apostatae familiaris omnes veterum opiniones cognitas habuit: videbatur tamen litterarum imperitus, eo quod aegre ad disputationes adduci poterat, dogmata premens non aliter, ac thesaurum: prodigos, & decoctores nominans, qui promptè quavis occasione de iis vocem profunderent. Ajebar enim in disputationibus victum non tam veritatis amatorem evadere, cum pudore verum fateri coactum, quam philosophiae oforem: Quinetiam Aedictum praeciprem in conferendo, & disputando familiarissimum, proditorum majestatis philosophiae nuncupabat. Eunapius in ejus vita.

Dignitatis, Regni.

Lambertus Hunfdiperti filius, superato Aufprando, quem Cuniberto Longobardorum rex mortuus filio suo Luitberto tutorem constituerat, Longobardorum regnum invasit, post annum pulsus est Ariperto ejus filius, reparato, H exercitum, cum Luitperto apud Ticinum in pugna vivum cepisset, paulo post in balneo strangulavit: Aufprandum in Reocomacina insula obsedit, qui ad Teutpertum Bavavorum ducem per Rhetos confugit, ubi sex annis latuit. Sigiprandus ejus filius, ab Ariperto deinde captus, oculis privatus est: caeteri ejus cognati variis suppliciis afflicti sunt. Aalter Aufprandi filius, minor natu, in liberali custodia servatus, ad regnum post pervenit. Ejus matri Theoderadae, & forori Auronae, abscillis auribus, & naso, facies de honestate sunt. Bonfm. lib. 8. Dec. 11.

An. 1189. Guilielmus Siciliae rex absumptus est. Cum nullis stirps ejus superesset, regnum ejus voluntate ad Constantiam Henrici VI. Regis Germaniae uxorem perveniebat. Verum Siculi exemplo sufficere Tancredum, Rogerii Ducis Calabriae filium, Rogerii Regis nepotem ex concubina susceptum, ut Hugo Falcandus scribit, qui ipsum vidit, sive metu Saracenorum sive odio Germanorum, sive auctoritate Clementis III. Papae Henricus extemplo Siculos bello se persecuturum regni rependi.

tendi causa denunciavit: atque omnes eo cogitationes suas in- te ndit. Sigon. l. 15. regni Ital.

Athenienses Alexandro divinos honores decernere renuente- bus, Damocles monuit, Videte nunc cœlum custoditis, ter- ram amittatis. Plur.

Ivo Episcopus ante cl. ann. negligentia sua amiserat, recupe- ravit. Verum cum Romam religionis ergo Perusia profectus esset, revertens ætate media, ælii, & itineris labore confectus in morbum incidit: ex quo non multo post prope Mutinam decessit, fuce duodecim annis Episcopus fuisse. Nec postea curæ fuit successoribus ejus Episcopis, ut metropolitico hono- rem referrent. Cramerii lib. 8.

Tacitus sexto mense post Aurelianum Imp. creatus fuit. Pe- perit eam moram honestissimum Senatui, & Exercitui certam- in: Nam Aureliano interfecto, exercitus, qui cum eo erat, ad senatum scripsit, ut ipsi suo arbitrio legerent Imperatorem, oblaturos se quem unquam honoratissimus ille ordo dedisset Patres, quia videbant fieri non posse, ut exercitus in summa animorum inconstantia eundem probaturus esset, quem ipsi crearent, cum declarationem ad milites rejecerunt: tenuit- que, quod nunquam antea acciderat, mutua illa denegatio plures menses. Quo temporis intervallo tanta fuit cum pa- trum modestia, tanta cum militum veracundia, inter ordines concordia, tanta domi, forsque tranquillitas, quanta ab urbe condita ad id tempus nunquam antea. Nec senatus dissimula- vit suam gratitudinem, cum jam in antiquum statum reipublicam restitutum arbitraretur: quin de ea ordinum concordia, de- que auctoritate creandi principis sibi à militibus restituta pu- blicè litteras ad Aquilejenses dedit, ad Mediolanenses, Trevi- ros, Carthaginienses, Corinthios, Achaos, aliasque illustres civitates, populosque Rom. Imperio subiectos. Patres victi militari consensu, Tacitum virum gravem, singularique erudi- tione Imperatorem creantem, concordia voce testati, neminem aut justius quam gravem virum, aut prudentius quam doctum im- perare. S. ab. lib. 7. En. 7.

Parnus ob naviculari cretam Populo molestissimus fuit, cumque ejus rei causa frequenter ad populum deferretur, tandem in popularem locum abiit, ubi hæcæ opacior, id est, Parni scapula, dicitur, qui ob res minutulas multus litium, & querelarum movent. Diogenianus.

Duo quidam cum in desertis locis asinum quempiam forte sortum quædam essent, contendere inter sese ceperunt, uter eum uti suum domum abduceret: nam utriusque pariter a fortuna videbatur obiectus. Hac interim de re illis invicem altercanti- bus, asinus sese subduxit, ac neuter eo potius est. Atque hinc quidam proverbium natum autumant, Ab asino delapsus. Euseb. in Adæ.

Fabula narrat, quandam in facinore deprehensus mani- festo opprimeretur, justum fuisse sibi prospicere, & fuga consulere, demonstratamque locum, quæ evadere concederetur, ubi nimirum in arca puteum vidisset, nam ibi materiam concidisse, ut fuga exitus pareret. At ille, cum ad locum venisset, & non reperisset puteum, sed ruinas quasdam veteris putei, recurrit, & expostulavit, cum minoribus, ne- gans puteum esse eo loco, sed ruinas putari. Quid tu iniquum illi, non enim, ut biberes, sed ut fugeres, suavisimus. Reperi- tione autem demonstratam materiam & Reperi, inquit, ille. At vos non debuistis putari, sed ruinatum veteris putei facere mentionem: non enim ille jam puteus est, sed aliquando fuit. Tu verò, inquam illi, tibi prospice, & materiam ruinas que- rito, non disputato de putei ruinis, sibi tua salus curæ est. At vos, inquit ille, tamè malè monstrastis. Non nos quidem, inquam hi, malè monstravimus, sed tu malè tibi con- sultis licet aliando tempore. Dumque non desinit iste nuga- torialitudo, à lictoribus comprehensus penas dedit. Foachi- nus Camer. in vita Philippi.

NON CERTARE, NON RIXARI. NON CONTENDERE.

Plinius scribit, discordiam ignotam esse Hyperboreis justis- simis, & frugalissimis, virum, gregamque degenibus. Hefodus primo scriptor sciorum horatium fratrem suum Perfam hominem planè mundanis delictis, & injustis contentionibus deditum, ut ad frugem redact, & infame studium contentio- num relinquat.

ROBORIS CORPOREI CERTAMINA. In genere.

De Certaminibus veterum, & Græcorum simul, & Lati- norum, hic solus roboris causa agimus. Quod si abeli- tationem consideres, et ludum ipsum ad Urbanitatem: si sumptum, ad Magnificentiam, & Prodigalitatem: si reli- gionem, ad Justitiam. De his proinde in Politici, & Ec- clesiastici rediis. De Gymastica, nullus vestigia secutus, nostra ætate scriptis delictissimè Hier. Mercurialis medi- cus, & philosophus summus, professor Patavinus. Cujus eruditus laboribus nostra hæc & dirigi, & confirmari, & corrigi possunt.

MATERIA. QUÆ

Multa Ludorum genera ad summa duo reducuntur. Utrum- que positum est in motu naturali, addita postea arte. Verum al- terum simplex est, alterum cum amulatione. Nam per ignita ubi coissent temerè pastores, aliquid agebant, saltu, aut cursu. Tan- dem vero redit res ad obstræctionem, atque inde ad certamen, cum alius alii prestare videretur. Certamen tametsi est plu- rimum, tamen aliquod videtur quoddammodo unius corporis, ut cursus: aliquid duorum, ut lucta. Ratio est, propterea quod currere solus quis potest, pugnare non potest. Utrumque erat nudorum, aut tectorum. A nudis dicitur Gymnasia. Certatur Athleta, oleo uncti, & pulvere, aut arena confersi. Quapro- pter Augustus vetuit epimodios spectaculis feminis interesse. Diodor. in 2. Histor. Athletas olim sibilatis campistris cer- tasse, memoria prodidit: nudos autem sua tempestate. Quo- tamen tempore à Barbaris in Asia veterem modestiam serva- tam scribit. Testi vero aut veste (ut est apud Hippocratem) vel etiam amaris. Unde dicitur, & pugnari, cum in armis cure- rent. Audæ etiam exercitatio adjuncto instrumto, eoque multiplici, præter discum, ac jaculum, etiam equo, aut cur- ru, aut cælu, illis quasi sociis, hoc quasi solo. Itaque quinque certaminum prima genera, cursus, saltus, lucta, pugillatus, ja- ctus disci, saxi, jaculi. Ex lucta, & pugillatu Pancretium com- ponitur. Qui quinque his vicisset, Pentathlus dicebatur. Opi- bus inde crescentibus, crevit etiam luxur. Ergo equos primum cursores adhibere, mox etiam ad currum bijuges, & quadri- juges junxere. Scaliger. lib. 3. Poet. c. 22.

Gymnastiarum differentia varia. Alii namque exercentur certaminis uno genere, vel pluribus. Alii uno genere, vel ab- que instrumto, vel cum instrumto. Abque instrumto obcut illud nunc nudum (unde Gymnasia & Gymnica certami- na) nunc tecti veste armive. Sic rursus exercitatio, vel videtur esse; Unius, quia solus quis saltare potest, vel currere (talis est Cursus, & Saltus) vel duorum: sique rursus, vel simplex, in adversario quidem Retinendo; Lucta in eodem Feriendo. Pū- H. gillatus: vel composita est retentione, & percussione; Pancre- tium. Quod vero certamen, cum instrumto obitur, sit vel tanquam, cum Telo, ut jactus Disci, & Jaculi, vel tanquam cum Socio, ut pura Equo aut Curru. Qui multis certaminis geni- bus exercentur dicuntur Pentathli, Quinqueteriones, cursu scilicet, saltu, lucta, pugillatu, atque jactu.

FORMA CERTAMINIS.

LUCIANUS Athletarum, & Pancretiarum formationem de- scribens: In argenteam (inquit) calpin, id est, urnam conicie- bantur minutulæ fortes, faba non ampliores: eo semper ordi- ne servato, ut binis eadem inscriberetur elementi nota, pro athletarum numero sortibus item auctoribus. Cum impendere certandi tempus prodidant: ex athletis singuli fortem edu- cturi: nec inspectus productum jus erat, quando id prohiberet

assistens magistrophorus. Peracto autem orbe, ambiens Aly- arches inspedabat fortes, atque ita dispensabat, ut qui alpha esset fortius, aut eo componeretur, qui eandem duxisset li- teram: atque ita deinceps homo-grammi certantur prodibant. Fieri vero hic moris erat, si certantur pares fuissent. (Ægles Sa- mius athleta, cum sortitione facta, sortem nominis falsam sub- jecti animadvertisset, qui mutus prius fuerat, repente in eum, qui id faciebat, sese videre, quæ voce clamavit, & inde per omne vitæ tempus vocem retinuit. Gellius. lib. 5. c. 6. & Pal. lib. 3. cap. 8.) Quod si quinque, aut septem coniciebatur in urnam solitaria litera, quæ antigraphon, sive antigramma non haberet. Qui verò eam eduxisset, respicebat expectans, quam- diu certant alii, congressurus mox, cum fatigatis vigens ip- se, atque integer viribus. Quod sanè vel felicissimum cen- sebatur. Dicebatur verò hic iocæpos: quæ vox apud Sopho- clem in Ajax magistrophoro, indicat novissimum. Gel. lib. 22. c. 18. A. L.

INCERTA, INCONSTANS.

Incertam voco, quando inter se fortitudo congradiuntur, nulla prius certaminis lege dicta. Quod sape etiam in Monachia usum est.

EFFICIENS.

QUI. ATHLETÆ, PALÆSTRITÆ, GYMNICI.

Qui corporis robur cum aliis certando ostentant, pro diversitate exercitii varias sortentur appellatio- nes: in genere tamen Palæstritæ (speciei voce ad ge- nus traducta, tam enim lucta est propriè, ex sine exor- citiis, aut ræ dicitur, à premio honorario) Athletæ, Græci pariter, & Latini dicuntur. Eisdem quoque Pugiles interdum appellare quosdam, non tam à pugnis, sic enim Psylli propriè conveniunt, quam à nungando. Nos in genere exempla Athletarum connumeramus, qui vel variis exercitiis innoverunt, propter quæ singillatim ad alios, atque alios virtutes pertineant: vel saltem palæstra excelluisse memorantur, omisso interim exercitii genere. Consule. Tit. Robustorum.

Populi.

Strabo lib. Geographiæ sua 6. proverbium, κροτωνισσῶ ὁ λαχωνος, κροτωνῶν ἢ ἀλλων ἰλλίων, ait ortum ob insignem Crotoniarum præstantiam in certaminibus Græcamicis. Plu- rimos enim egregios athletas protulit ea civitas, adeo ut in uno certamine Olympico septem viri, qui reliquos virtute præ- cesserant, omnes pariter fuerint Crotoniatæ. Hujus gentis præ- cipuum decus Milo, literis omnium celebratus, qui septies con- tinenter vicit Olympia.

Est hæc res haud minus quam alia quævis admirationi, quod eadem ferme fortuna Messeniis & patriam, & Olympi- corum ludorum gloriam eriperit. Neque enim postquam è Peloponneso eieci sunt, aut è Sicilia, aut ex Naupacto (pre- ter Leonticos, & Symmachum freti acolas, quos tamen Si- culi non Messenios, sed Zanctos præcos fuisse contendunt) videri quidem declaratus est. At ubi primum in Pelopon- nesum rediit, pristinam, hæc etiam in parte, quasi possibi- litatem fortunam recuperare, vicique uno postea quam restituta est. Messene anno Damificus statuo pueros, annos natus XII. Paul. lib. 6.

Privati, quivis, sed illustres.

Pellene ubi Achajæ in gymnasio posita statua est Proma- cho Pellæno, Dryonis filio, una ex Olympicis, tribus ab Isth- micis, duabus à Nemeis ludis de pancretio palmis reporta- tis. Unam ei sui civis ex arce Olympicæ, alteram è marmore, in gymnasio statuum dedicarunt. Hunc Promachum bello, quod inter Pellænos, & Corinthios gestum est, unum hostes quam- plurimos pugnantem occidisse, memoria proditum. Ab eo- dem certam Olympicæ superum Polydamem Scotuzæum, quo tempore à Persarum regis in patriam restitutus Polydamas, in olympicum certamen iterum descendit. Pellænef magno Promachum honore profectantur, duasque ejus de lucta ad Chironem, quatuor Olympicæ acceptas palmas prædicant: Nominare tamen eum respiciunt: ob eam causam credo, quod Pellænesium republicam sustulerit. Corruptus enim ab Alexandro Philippi filio, invidiosissimo dominationis munere L. B. Theat. vit. Human. Tom. 11.

se patriæ suæ tyrannum imponi facile passus est. Paul. in Achæis.

THEAGENES Thafius in certaminibus athleticis omnes sua ætate vicit, & coronas quadringentas tulit. Paul. lib. 6.

NICON, pugnis, & lucta, & pancratio, & cursu, & aliis certaminibus in Olympiis, & Nemeis, & alibi victor: acce- pit coronas, ut ajunt, mille quadringenas. Cum verò è vi- vis excessisset, quidam accessit ad statuum ejus, quasi viveret, & flagellis eam cæcidit: in quem illa collapsa, hominem contumeliosum ulta est. Interfecti autem filii, cædis ream egerunt statuum. Thacii itaque eam in mare abjecerunt secundum legem Draconis Atheniensis, qui etiam inanimata ob eadem factam in exilium agit. Pythia verò Thafios calamitate confi- dentes, eam statuum restituere jussit. Qui cum dubitaret, quò pacto illa è mari extrahenda essent: piscatores retia cum laxissent, ut pisces caperent, eam extraxerunt, quam Thafii in pristinum locum restituerent. Suidas. At hæc Theageni tribuit. Paul.

Apud Magnesium, qui ad Lethæum sunt, quidam fuit Proto- phanes, qui de pancratio, & lucta eadem die in Olympia vic- tor renunciatus fuit. In hujus sepulchrum aliquando latrones prædæ spe ducti penetrarunt, post illos alii multi, ut cadaver duntaxat spectarent. Ejus certe costæ, non ita, ut cæterorum hominum, discretæ fuerunt, sed pro illis continens eo habit ab humeris ad eas costas, quæ mendosa, sive nothæ à medicis appellantur. Paul. in Atticis.

Ictus Tarent. luctas exercevit, sobriè per universum tempus vivendo, moderatè cibis vescendo, & à venere omni abstinendo. Athan. lib. 11. de varia hist. Paulianus vocat Jecum, Micolaidæ F.

Clitomachus Thebanus, Hermocratis F. ad Isthmum vi- ros palæstras perculit, eodemque die de pugillatu palmam tulit, & eos, qui in pancratio descenderant, luctando vicit. De pancratio Pythicæ ejus palma fuisse numero tres. In Olympia secundus hic Clitomachus Thafio Theageni, de pancratio, & pugillatu victor renunciatus est. Et pancrati quidem palmam centesima, & quadragesima Olympiade est adeptus: nam ea, quæ consecuta est pancratio, & castibus depugnavit. Prodit eodem die Eleus Caper, palæstram, & pancratium professus. Declara verò jam Capro de palæstra palma, docuit Clitomachus ludorum præfectus, jus esse, pancratium committi integris corporibus, priusquam vulnus ullum ex pugillatu acciperetur. Quo facto in pancratio quidem Capro succubuit: contra pu- giles verò summa animi præsentia, & e corpore usus est firmis- simo. Paul. lib. 6.

Nicostratum athletam adhuc penè infantem, neque ob- scuro loco natum, è Prymnesio Phrygiæ, ubi prædones abduxerunt, eumque ad Ægeas, incertum cui, vendiderunt. Cum jam adolevisset, visus est per somnium videre ante sul- catri lecti, in quo cubabat, humi stratum leonem. Post id vi- sum multas de pancratio, & lucta palmas ex Olympia abstulit. Paul. lib. 5.

EUTHYMUS Locrensis, omnium Italiæ pugillatorum prin- cepts, corporis robore incredibili, & immenso admirabilis fuisse creditur. Locri enim lapidem ostendunt magnitudine maximum, quem portavit, & ante fores posuit, atque The- meleni heroi, qui tributum ab accolis exigebat, hæc pote- statem triputit. Accedens enim in delubrum ejus (quod vul- go inaccessum erat) cum ipso certamen inivit, coegitque mul- to plura, quam prædatus fuerat, rependere. Ue etiam pro- verbium manavit, quod de iis, qui inuulter lucrantur, dicitur, Venturum ad eos Themelenem heroa. Athan. lib. 8. de H. varia hist. Paul. aliter de eo, scribit Paulanias, inquit: Euthymus post multas victorias in reventem Ulyssis fuisse, ab oppidanisque, quia virginem stuprasset, interem- ptum ferebant, & ob id vagari larvas ejus, & nisi placaretur quoannis oblata virgine, grassari solitas) interfecit, & libe- ratam virginem in matrimonium duxit.

Pindarus ode 13. Olympiorum laudat Xenophontem Co- rinthium stadii cursorem, qui uno die geminam victoriam, alte- ram quinquatri, alteram stadii adeptus est: eum etiam à multis victoris esset, Delphicis, Argivis, Thebanis, Arcadicis, Pel- lenicis, Ægineticis, Sicyoniis, Megarenibus, Eleulinis, Maratho- nicis, Æneis, & Eubœis. Denique addit, sexagesis vivisonam boni præconis vocem insonuisse, hoc est, sexagesis victorem per Hellanodicem proclamatum duxit.

Idem in Isthmisis encoenio quinto, laudans Lamponem quen- dam inter fortes fortissimum, qualis est Naxiacos inter reli- quas, inquit.

quos non dicitur in admodum iustum
Nationis victoris in admodum
 A *quod dicitur admodum iustum*
 id est,
 Dicitur sane cum virum inter abletas esse
 Naxium in ceteris saxis, ferrique domitricem cotem.
 Erasmus in Adagis
 Glyconis athletez invidi, Horat. in Epistolis meminit.

Reges.
 ANDROGEUS Minois F. cum Aegeo regnante Athenas consensu omnium Athenienfium concessisset, in certaminibus athletas omnes superavit. *Diodor. lib. 4. c. 5.*

TYDEUS, Oenice Calydonia regis filius, cum Mycenis moraretur, neminem sibi viribus conferendum reperit. Missus ad Eteoclem legatus, Thebanos ad quodlibet certaminis genus provocavit, omniumque evasit victor. Quod cum aegre ferrent, infidias in opportuno loco tenderunt. Constituerunt enim juvenes omnium fortissimos, qui transeuntem illac Tydeum intercepterent, & obrutarent. Quos omnes tamen interfecit. *Tertull. lib. 6.*

Duces.
 PHAILLUS Crotoniata, nullam obtinuit Olympiam palmam: Pythicus vero ludis de quinquetio duas, de stadio tertiam tuba. Idem navali praelio cum Persis conflixit, cum propria navem edificasset, & in ea Crotoniatis omnes, qui forte in Graecia tunc peregrinabantur, impofuit. Huic Delphis statua posita fuit. *Paus. in Thucyd.*

ARATUS Sicyonius Chinix F. puer septennis Ubantide tyrannidem fugiens, cum ingenue educaretur Argis in hospitium, & amicorum paternorum contubernio, corpulque insurgere in bonum habitum, & proceritatem videret, ad meditationem contulit se palaestrae. Itaque quinquetionem certavit, coronaque obtinuit. Elucet nimirum & in simulacris ejus figura athletica: vultusque gravis, & majestatis plenus non differtur athleticam vocatam, & ligonem. Unde minus forsitan, quam in viro in republ. versaturo requirebatur, ad dicendum incubuit. *Plut. in Arato.*

EVALCIDAS Ereticorum dux, donatus laurea in certaminibus, & a Simonide Ceo majorem in modum celebratus, a Perlis Ephesi interfecit, quando Jones a Dario decesserat. *Herod. lib. 5.*

Politici.
 GORHUS Messenius, nulli civium opibus, & nobilitate secundus, adulta aetate pugili celeberrimus evasit. Nam & splendore, & vita instituto, atque etiam numero coronarum nemini suae aetatis cedebat. Idem gymniciis certaminibus relicto, cum ad Rempublicam gerendam, & patriae negotia procuranda se contulisset, in eo quoque genere gloriam non minorem illa veteri esse consecutus. Nam & plurimum abesse a stupore, pugilibus aliqui, & athleticis vulgo inesse solito, & summa indultria prudentiaque praeditus esse in publicis negotiis administrandis putabatur. *Suidas.*

Dotti homines.
 POMPONIUS Marulus grammaticus, pugil fortissimus fuit, ut Afimii Galli in eum epigramma ostendit:
 Qui caput ad senam didicit, glissemata nobis.
 Praecipit: os nullum, vel potius pugilis.
 Tranquillus de illustribus Grammaticis.

Pauci.
 Puerorum certamina nullo veteris memoriae exemplo Elei in Olympiis ludis instituerunt. De cursu, & luctu, trigesima septima Olympiade Hypothesen. Lacon luctu, Polynices Eleus cursu palmam accepit. At Olympiade quadragesima prima, in casuum pugna Philetas Sybaritanus vicit. Olympiade octogesima sexta Pantarces Eleus de luctu. Olymp. 145. pantatio revocato vicit Phadimus Aolensis, cum prius 38. Olymp. quinquetio vicisset Eucledas Lacon. *Virgines.*

Spartanis virginibus magis palaestricus pulvis, venaticus labor, & militia in studio fuit, quam fertilitas filiorum. *Cicero lib. 2. Tus. c. 9.* Cursu, palaestra, disco, jaculo, exercebantur, ut otio, & mulcibus delicis sublati, robustiores ad tolerantis partus fierent. Nuda, ut pueri, in aperto versari, saltare, & cantare in sacris quibuldam, praesentibus spectantibusque juvenibus. Nudatio illa nihil turpe habuit: aderat namque verecundia, petulantia omnis aberat. Hinc illa indoles, tempestivaque in Laconicis feminis ad omnia promptitudo. *Sab. lib. 4. Ennead. 2.*

QUO STUDIO.

Multo.
 Plato in Theaeteto significat apud Lacedaemonios hunc fuisse morem, ut in publicis certaminibus neminem coegerent ad congressum, sed legem edicebant, si quis, si perdidisset id est, Autabire, aut exui. Graecis autem *εραυδιστου* dicuntur, qui se parant certaminis, quod compelluntur luctantur olim, cetera nudi. *Erasmus in Adagis.* Decertantium in Olympiis corpora oleo perfundi, & nudari, primi edocuerunt. Unde primus fuit, qui corpus suum in certamine nudavit. Acanthus Lacedaemonius, cum antea pudor corpora nudari prohibuisset.

Totum in corpore nudari. id est, Samium conatum, dicebant cum, qui ante ignavus habitus, praecleari expectatione sese gessisset in negotio. A junct. Pugilem quempiam apud Samios fuisse, qui cum adversariis haberetur ludibrio, quod comatus esset, commissus cum illis, vicit. Unde in proverbium abiit, quoties quis certamen suscipit cum iis, quos praeter opinionem experitur sese viribus superiores. Recensetur in Plutarchi Collegiis. *Erasm.*

Aegles Samius athleta mutus, cum ei victoriae, quam adeptus erat, titulus, & praemium creperetur, indignatione accensus vocabulis evasit. *Val. Max. 6. c. 2. Gell. 5. c. 9.*

Ngilo.
 Philopemnes Megalopolitans dux edoctus athleticas exercitationes, quod audiret, athleticum corpus cum militari omnibus partibus pugnare, & vivendi, atque exercendi ratio alia esset. *Plut. in Philopemne.*

FINIS.

Athletica finis praecipua est admodum, praemium ipsum, corona oleagina, vel quercina, vel quavis alia. Itaque Xerxes in Graeciam irrumperet, cum Graecioti Olympiam spectarent, & victoriae praemium non pretio, sed honore tantum constare Aristobanus audivisset, ad Mardonium conversus, inquit, Et quae te ergo mala mens induxit, ut expeditionis suscipiendae auctor regi esses contra eos, quibus non utilitatis, sed virtutis certamina sunt propostia? Per accidens vero finem quoque habere potest sanitatem. At Gymnastica sanietatem per se praemium per accidens.

Siraton Choragi F. ex splene laborans, valerdinis causa gymnici operam dedit: & tantum brevi profecit, ut pancratiates evalesit nobiliss. *Elia. lib. 4. Var. hist.*
 Hyfmon Eleus, puer adhaec, ob nervorum imbecillitatem ad quinquetium animum adiecit: eaque occasione athleta factus est clarissimus. *Paus. lib. 6.*

LOCUS, GYMNASIA Corporum.

Generatim.
 Athenis tria gymnasia extra urbem fuere, duorum liberorum, Academia (ab Academio heroe dicta) & Lyceum, vel a Pifistrato, ut Theopompus, vel ut Philochorus verelc curante factum, ubi ante bellum exercebantur, & fustabantur. Suidas. Tertium Spuriorum, Cynosarges. Nam cum olim Diomus quidam Atheniensis, auctore Stephano (Suidas Didymum ponit) sacrificaret Herculi, canis quidam albus, ut ut alii dicunt, velox aquila, victimae partem abreptam in locum quandam deposuit. Quo prodigio territus, eum deum consulisset, responsum est, ut eo in loco Herculi sacellum exvteret, in quem victima deponata fuisset: nam eum Herculi placere. Porro, quoniam Hercules nothus fuit, utpote ex adultera natus, & tamen virtute sua diis aequum honorem assecutus: idcirco visum est, ut imbi, qui spurii fuissent, ut neque patris, neque matris nomine cives exercebantur. Huc Themistocles adhuc adolescens ad pelleciebat etiam ingenuos aliquot adolefcentes, quo paulatim tollerent nothorum, & legitimum discrimen. *Plutarch. in Themistocle. & Erasmus in Adag. ut xavavovvay.*

Speciatim.
 Gymnasia antiquorum primo pro corporis exercitiis (ut *αὐτὸν ἡ γυμνασία*) instituta fuere, post etiam animorum exercitio intervenerunt. Quandoquidem enim eo confluebant juvenes, Sophista primum eos ibi captare, & venari capere (sic in Sophista Plato Sophista definit venatore *ζῶων ἢ ψυχῶν* mox etiam philosophi. Constat etiam Cleanthes Asium Athenas pugilem profectum, in gymnasio philosophiae captum amore, primum Cratesis Cynici, dein Zenonis Cittiari Stoici discipulum, eidem in schola successisse. Hinc etiam

etiam proverbium. Discum quam philosophum audire malunt.

A Et Laertius ait Aristum cum discipulis philosophari solitum ut quae ad unguendi tempus: Gymnasiorum loca varia, alia exercitiis animi, alia corporis destinata. Animi loca primum tecta contra injurias aeris, Porticus variae, in quibus excedere erant, Philofohis, & rhetoribus data, ubi sedere licebat, & ambulare. Loca aperta, tempore sereno, tum astate, tum hyeme, in quibus deambulabant: puta in viis, quae inter porticus, & muros erant sitae, ad submissistrandam porticibus, ac cellis lucem: in Xyftis item, five Peridromibus (Plato *δίσκος*) arena conspersis. Erant autem, teste Vitruvio subdiales ambulaciones, ubi hyeme tempestate levi, vel aestate semper deambulabant: porticus prodeutes, & vel nuda illa, vel Platanis aliisve arboribus confita. Corporis vero exercitiis tum praeparandis, tum obundis, loca in Gymnasiis destinata fuerunt. Praeparationi primum ea, in quibus conveniebant, & deliberebant, quid aduri, quid exercitaturi, Ephebaum, tum ea, in quibus accingebant se ad corporis exercitium, vel cultum, non unius generis. Etenim in alio loco Vestes ponebant, *αὐτὸν ἡ γυμνασία, & γυμνασίον* (Mercurialis putat hoc fuisse Coricium Vitruvii. An forte & nudationi, & tonsura suffecit, & *ἀπαρτίον*, Vincturium) ante exercitaciones (inde statim pulvere aspergebantur in altero loco, quem *Κωνίον* dixerunt.) Post etiam exercitaciones, defricabantur, & iterum ungebantur, interdum a mediis, & reuñdoribus. Post balneoitidem ungebantur. Et haec loca praeparationi intervenerant. At loca exercitiis corporis obundis commodantia alia ad exercitium, alia ad cultum faciebant. Ad exercitium quidem, vel communia omnibus, vel propria athleticis. Communia omnibus, qui exerceri vellet, fanitatis, vel voluptatis causa, Luctu, Pugillatu, Disco, Cursu, Saltu (ad quae reliqua, ut hasta, jaculi, pila, follis referuntur. Pancratium ex luctu, & pugillatu componitur.) Ex his alia locum peculiariter requirebant, ut luctu, & Pugillatu Palastram (ubi etiam Pancratista) Pila, Sphaeristerium (ibi etiam forte discus, & follis) alia non requirebant, ut cursus, & saltus, cum fieri possent tum in viis, tum in Xyftis, vel nudis, vel arboribus confitis. Athletarum vero, quae praemii causa decertabant, propria erant loca aere sereno, sub dio stadium, turbido autem, xyftus tectus, five Arena. *Hee ex Vitruvio, & H. Mercurialis Gymnasticis.*

Xyfti fuere longae porticus, ampla latitudine, & gymnasia, ubi ambulationes essent, & arbores plerumque digessit: in quibus athletae hyemis saepe temporibus luctabantur: quas Graeci *ηπαθρας*, vel paradromidas dicunt. *Alex. lib. 3. cap. 11.*

Ex Plinio, & aliorum auctoribus compertum est, sphaeristerium locum fuisse circulare, qui plures capiebat circulos, & spatia variis luctibus distincta, a sphaerica figura dictum, de melleudi, laxandique corporis, & animi remittendi causa a summis viris, & magnis honoribus fundis intra ades, nonnunquam in thermis constructum. Erant enim loca deambulationi, quieti, & cursu, tum luctu, jaculationi, & palaestra accommodata. Sicut Trigon locus triquetro similis, ubi pila exercebantur, & ludo, Graecis frequens erat. In hoc enim ad valetudinem tuendam Vespasianum Imp. remisso a negotiis animo membra defricare solitum, Suetonius memorat, & Alexandrum Severum, teste Lampridio in Sphaeristerio luctari, & currere, ac molliter exerceri accepimus. *Alex. lib. 3. cap. 14.*

TEMPUS.

Quotidie Graecos in gymnasiis exerceri solitos constat, ex valetudinis causa, tum vero, ut in sacris ludis Olympiorum quolibet quinquennio celebrari solitorum, ad Jovis Olympi, qui Elide est, templum, virium specimen in totius Graeciae oculis ederet: tanto cum omnium applausu, ut ab hac ipsa paene cyclic Olympica annorum deinceps seriem deducere Graeci instituerint.

CURSUS CERTAMINA, CURSORES ATHLETICI, QUI.

Puti.
 Pauci.
 Polymnestor Milefius puer captus pascens, ludicro leporem consecutus est: & ob id statim productus a gregis Domino, In Dymozorum (qui Achai sunt) finibus Oebotae cursoris victo-

Olympiade 46. in stadio meruit coronam. *Solin. cap. 6.*

DAMISCUS Messenius annos natus duodecim, uno posteaquam Messene restituta est anno, ludos Eleis facientibus, pueros de stadio vicit. Et quinque post hanc ei partim Nemeae, partim vero Isthmice victoriae obigere. Messenii ei statuum in Alti posuere. *Paus. lib. 6.*
 Soltratus Pellemus pueros in stadio cursu vicit. *Paus. in Achaicis.*

ALCINOUS Eleus Dinolochum, Troilum, atque Pyrrhium habuit filios, Olympiis palmis celebres. Uxor Alcinoi per quietem videre sibi visa est, filium Dinomachum se coronatum in complexum suum recepisse. Eo somnio monitus puer strenue se ad gymnicorum certamina exercuit. Cum autem pueros competitores cursu anteverisset, ei statuum posuere in Alti, quam fecit Cleon Sicyonius, *Paus. lib. 6.*

Viri.

In ludis exaequalibus (quos in Sicilia ad Anehifa tumulum celebravit Aeneas) stadiodromi, five decurfiores in stadio fuerunt Euryalus, Nyfus, Diore, Salus, Patron, Helymus, & Panops. *Erast. 7.*

COROEUS Eleus, primus, post restitutos ab Iphito ludos Olympicos, cursu vicit. Extat ejus sepulcrum in Eleorum finibus. *Paus. lib. 4.*

Gravioris armaturae pedum cursu in Olympium stadium cum plausu receptus est 65. Olymp. Qui cum scutis decurrerunt, eos primus vicit Demaratus Heracensis. *Pausanias lib. 5.*

Hypenus athleta primus diaulo vicit. *Paus.*
 Sotades longioris curriculi victor Olympiade 99. Cretensis, uti fuit, renunciatus est. Ea vero, quae consecuta est Olympiade, accepta publice ab Ephesibus pecunia, Ephesium se prodidit maluit. Quo crimine ei exilii poena est a Cretensibus inflata. *Paus. lib. 6.*

ASVELUS Crotoniata, ut ait *Pausanias*, victor Olympiade ter, continua serie, stadio, ac diaulo. Hujus Plato meminit *lib. de Repub.* ubi eum callitate perpetua ob cursus studium praeditum commemorat.

PHILINUS Hogeopolidis F. de cursu Olympicas quinque Pythicas quatuor, Nemorum totidem, ab Isthmo unam am-pius, quam decem palmas abstulit. Ei igitur Coi in Olympia statuum posuere. *Paus. lib. 6.*

ASTYTUS Crotoniata, Olympicae tres de cursu repetito, five diaulo palmas tulit. Is Hieronis Dimomenis filii studio adductus, Syracusarum se renunciandum curavit. Crotoniatae infamiae causa ejus demum ad publicis carceris usum destinaverunt, & statuum in Lacedaemoniae Junonis fano dedicatum everterunt. *Paus. lib. 6.*

In Laconia ad Eurotam anem Lade monumentum est, qui pedum celeritate suos omnes aequales vicit. Is in Olympiis ludis de longiore curriculo est coronatus. Atque inde, post victoriam huc reportatus, cum diem suum obisset, supra militarem vitam humatus est. *Paus. in Lac. Extat in eum tale Epigramma in 4. Epigr.*

Δάδας ὁ ἄριστος ἐστὶν ἄριστος, ἵνα δὲ πᾶσι, δεινὸν ἄνδρα, ἵνα δὲ πᾶσι, δεινὸν ἄνδρα.
 EUPOLEMUS Eleus vicit in stadio ludis Olympiis viros: & Pythicus vero coronas duas, unam e Nemeis reportavit. De eo proditus est sermo, cum ad curriculi metam adiles tres affecissent, ex iis duos palmam Eupolemo dedidit, tertium Leonti Ambraciotae, Leontem eorum utrumque, quorum sententia inferior discesserat, cum ad Olympicum lenatum provocasset aegre gravi condemnasset. *Paus. lib. 6.*

DICON Callibroti filius, quinque e Pythico curialeo, tres ab Isthmico, quatuor e Nemeis, unam de pueris, duas de viris, ex Olympiis palmas tulit. Atque ei quidem totidem statuae, quot victoriarum fuere, erecta sunt in Olympia. Et puer sane Caulonates (sicuti fuit oppidum, id est, Italiae Achaorum colonia) renunciatus est. At vir jam factus, Syracusanus ut nominaretur, precio obtinuit. *Paus. lib. 6.*

Ergoteles Philanoris filius, qui duas longioris curriculi in Olympia, totidem in Isthmiceis, Pythicis, Nemeis palmas est adeptus, non Himeras fuit (quod inscriptio statuae in Olympia indicat) sed Cretensis e Gnosto, unde seditione pulsus, ab Himeras, ad quos profugerat, est in civitatem receptus, & aliis item honoribus affectus. Quare merito victor Himeras adscribitur, *Pausanias lib. 6.* Extat in hunc Pindarum hymnus.

In Dymozorum (qui Achai sunt) finibus Oebotae cursoris victo-

victoria monumentum extat, qui cum primus ex Achais Olympiæ coronam meruisset, neque ullum apud cives suos eo nomine præcipuum honorem esset adeptus, imprecatum Achais adiut, ne quis ipsorum unquam palmam Olympicam ferret. Achai mirantes se Olympicarum palmarum composit fieri nunquam amplius potuisse, Delphos ad oraculum miserunt. Et tunc tandem cum & alia in Oebote honorem instituisent, virique statuum in Olympiam misissent, mox Softratus Pellenzus in stadio pueros vicit. Et hac etiamnum ætate Achais athletis solemne, ut priusquam in certamen descenderent, Oebotæ parentent, ejusque statua victores coronam imponant. *Pauf. in Achaicis.*

STYMPELIUS Dromeus, congruenti sanè cum exercitatione nomine, de longiore curriculo Olympicas duas, totidem Pythicas, Isthmicas tres, quinque Nemeacas meruit. Primum carnibus vesici coepisse ferunt, cum athletez ante ipsum casco è fuscillis aleretur. *Pauf. lib. 6.*

EUBOTAS Cyrenæus, cum ei Ammonis oraculum victoriam è curriculo prædixisset, statuum antè ipsi faciendam sibi curavit, eamque, quo die palmam est adeptus, in Olympia dedicavit. Vicisse eundem etiam curuli certamine ea ipsa Olympiade memorant. *Pauf. lib. 6.*

Polis è Cerano Thraciæ oppido, omnem in Olympia perniciatatis laudem est meritus. Quod enim curricula spaciata autè lentius multo confici solitum fuerat, ad summam ipse brevitate, & celeritate temporis contulit: eodemque die de longiore curriculo, deque studio, & repetito cursu coronam cepit: & alterum quidem iterum curriculum ingressus. Neque enim univeros, sed quatuor, ut quibusque primis fors obdigerit, è carceribus emittunt: quique ex ordinibus singulis vicerint, is rursus, cum aliorum ordinum victoribus, de eodem premio decernendum. Quo fit, ut cui fuerit corona decreta, is palmam duplicem auferat. In eo cursu genere excellit Leonidas Rhodiensis: is enim est quatuor Olympiadem premia consecutus: nec quicquam nulli adversariorum succubisset, duodecim palmas unus abstulerit. *Pauf. lib. 6. Plin. lib. 7. cap. 20. suo tempore Quosdam in circo CLEXM. palmam tolerare scribit.*

De Phadiano, & Dimante *Stavus lib. 6. Theb. Et bis Isthmicea victor clamatus arona*

C Pheadimus, alipedumque fugam prægressus equorum Ante Dimas

Lasthenes Thebanus ab Choromo Thebas usque cum equo contendit, & victor fuit. *Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 21.*

HARALDUS Hyperbæus, Novergiæ rex, pignore deposito cursu audebat contendere cum citatissimis equis. Utrique enim brachio bacillum subiciens, tanta celeritate se promovebat, ut equi illum æquare non possent. Idem inter navigandum à prora, per remorum capita in puppim currens, inde vicissim in proram redibat. *Crantzius lib. 5. Novergiæ cap. 6. in Saxo lib. 14.*

Virgines

Virgines quoque cursu in Elide certare posterioribus temporibus consueverunt, memorie prodium.

ATALANTA venatrix Arcadica velocissima cum procis cursu certabat, victos trucidabat. Astutè tandem ab Hippomene vincitur. *Vide fabulam apud Ovidium 10. Metamorph. & Statium lib. 6. Thebaid. & Sidorium.*

Memorie prodium est, Chloridem Amphionis filiam, solem cum unico de mariis fratrum numero superstitem è tota D sobole, de virginum cursu Olympicis in ludis Heræis palmam tulisse. *Pauf. lib. 5.*

QUOMODO CURSUS differentiæ.

Cursus olim à quantitate variatus. Minimus fuit stadii unius, quod cxxv. passus capiebat. Duplex stadium erat in longum stadium: id quod vox ipsa declarat. Cum verò decursum relegerent stadium, sine intermissione recurrendo, δεικτικόν nominabant. Apud Platonem in octavo de Legibus δεικτικόν majoris esse laboris, quam ἄλλοιον, scriptum est. *Scaliger lib. 1. cap. 24.* Dianum intelligebant, cursum duplicem, obeundi scilicet stadium, ac mox regrediendi. Proinde Aristophanis interpres locum, qui stadia continet duo, nomine eo intelligit aut mensuram cubitorum 2, id est, ducentorum. Dolichus vero sapiens est repetitus cursus, aut ubi septem currunt. Nam Stadiodromi duo tantum erant. Hoplitum cursum intelligentius armatum. *Cal. 1. 13. c. 30. A. L.*

Curforum alii Stadiodromi vocabantur: qui stadium percurrerant, & quiescebant in limite. Alii Diastodromi, qui peracta meta eo demum revertentur, unde cursum inierant. Dolichodromi sexies stadium curriculo obibant, & perpetuo impetu duodecim stadia decurrerant. Hemerodromi qui totum diem à manè usque ad vesperam citra respirationem currebant.

ΕΥΡΑΧΕΙΩΝ apud Græcos dicebatur cursor, cum in plethro, id est, sexta parte stadii, quis prorsum, retrorsumve vicissim, idque sæpè in utramque partem, sine flexu currans, unoquoque cursu de spatio demit, quoad denique in gressu uno confiterit. ΑΤΥΡΙΑΙΩΝ, cum quis summis pedibus ingrediens, tensas in sublime manus, hanc antrorum illam retrorum motat celerissime ante parietem, ut si quando aberret, faciliè apprehenso surrigatur pariete. *Cal. 1. 11. c. 6. Antiq. Leâ.*

Olim pueri cursu certantes clamare solebant. Occupet extremum scabies: adhortantes hac voce singulos ad cursum, ac malè precantes ei, qui esset omnium postremus. Id deductum est in adagium, quo utebantur, qui significarent fesse quocumque modo velle vincere, neque commissuros, ut inter postremos sint. *Erasm. in Adag.*

Orsippus cum veteri athletarum more cum subgaculo gymnicos ludos obire consuevisset, in Olympico tamen curriculo nudus vicit. Videtur autem de industria potius, quam casu subgaculo cum cadere permisisset, ut sine quo multo ad cursum expeditior esset. *Pauf. in Attic.*

QUANDO.

Promethea erant ludi, in quibus currentes in palestra rædam ardentem gestabant: eamque defatigatis proximo, isque postea defessus alteri, & deinceps alius alii tradebant, donec metam pertingerent. *Alex. ab Alex. 1. 5. c. 8.*

Athen. 1. 11. c. 14. commemorat poculi genus, quod olim ΕΠΗΒΙ quidam cursu contendebat Athenis. Currebant autem gestantes vitæ tantum onustum fructu, qui dicebatur ἔπος. Initium cursus erat à templo Bacchi usque ad templum Palladis, cui cognomen Πύρρις: Victor in eo certamine capiebat calicem dictum ΕΠΗΒΙΩΝ, atque ita tripudiabat in chœrea: Nomen indium calici, quod in eo quingue rerum species essent commixta, vinum, mel, cocus, farina, & paululum olei. *Erasm. in Adag.*

UBI LOCUS.

Stadia, in quibus currendi certamina peragebantur, oleis per feriem positis utrimque serpiantur, quas præterire non licebat: proinde, qui præterisset oleas, extra stadium currere videbatur. *Idem.*

Veteres metam ducta linea signabant, in qua præmium propositum erat, quod auferret victor. Ducebatur autem & altera linea pro carceribus, unde cursus erat initium. Igitur utraque linea proverbii ministravit occasionem ἀπὸ γρημυγίας, id est, ab ipso initio, ἰσχυρίων γρημυγίας, id est, ne moveas metam. Significat autem non esse mutandas leges, neque præterituros fines rerum præscriptos. *Idem.*

CUR. CAUSA.

Conjugii.

Icarium ajunt Penelopes patrem cursu certamen Procis H proposituisse. In iis ludis Ulysses victor exiit, siquidem supra Bidæorum prætorium Spartz in Minervæ zede signum deæ dedicavit, & Celeutheam appellavit. Missi verò sunt in curriculum Spartz per Aphetaidem viam, ἀπὸ τῆς ἀφίτης dictam. Atque in hoc Danaum imitatus esse videtur. Siquidem Danaus, cum filiabus maritus nancisci non posset, patricidio patruellum polluit, cursu certamine proposito, ei, qui ceteros superasset, quam ille maluisset, secundo alteram, eodemque modo ceteras usque ad extremam locavit, nullum à maritis sponsalium nomine minus repositens. Jam verò quæ viros nactæ non essent, expectare jubebat, usque dum novi proci in cursu certamen descenderent. *Pauf. in Lac. Corona.*

Hæc cursorum in stadio Olympico, Isthmico, & reliquis exemplis.

QUI SALTU CERTANT.

Partem unde profiliabant, βαρῆρα vocant, id est, batera. Saltandi mensura dicebatur canon: terminum autem nuncupantur.

pabant, id est, id valeat, ac si effossa dicas. Unde & in eos, qui metam transiunt, concinnatur adagium. ἄπὸ τῆς ἰσχυρίας, id est, saltu sulcum transmittere. *Calius lib. 13. c. 20. A. L.*

Vetustissimi ludi apud Romanos Consualia in honorem Nepruni, quem Consuum vocabant. Festus auctor est, in Consualibus. Quiritis sese cernuos iactasse. Fuit & ille perventus, cum per utres uncti saliebat. *Scaliger. lib. 1. Poeticæ, cap. 22.*

POMPEIUS Columna Cardinalis juvenis adhuc apud Federicum regem Neapolitanum inter charissimos est habitus: cum forte spectante rege nobilissimi juvenis triplicato saltu decertarent, ipseque productus in stadium, cætos omnes cum multo spectantium plausu, superasset. *Jovius in Pompeja Columna.*

SALTATIONIS CERTAMINA.

PTOLEMÆUS Auletes Ægypti rex, præter alia flagitia etiam choraulam exercuit: & adeo in ea gloriabatur, ut non cunctaretur certamina in regia celebrare, ad quæ & ipse cum aliis concertaturus prodibat. *Strab. lib. 17.*

LUCTATORUM CERTAMINA INSTITUTA.

A quibus.

Πάλη, lucta: unde παλαίμας, luctator, qui adversariorum premere, ac retinere valet. Inventa à Phorbante pedotriba Theci Athenis, vel ab ipomet Theco. *Cal. lib. 13. A. L.*

Hercules Idæus Olympicos ludos instituit: cumque in palastram multos proleclerat, nec auderet tamen aliquis: luctatorem assimilans Jupiter illi se obtulit: cumque nutans diu steterit victoria, filio demum se aperuit pater. Hinc Lycophorus in Alexandria festum vocavit Jovem. Quinque diebus celebrabatur Olympia, post luna undecimam quintadecima tenus: verum præludia erant diebus triginta. *Cal. lib. 14. cap. 17. A. L.*

Lucta certamen, quod iam Olympia exoleverat, Olymp. 18. restitutum. Vicit in eo Eurybatus Lacon. *Pauf. lib. 5.*

Auctor Thucydeus scimus, omnium primos Lacedæmonios corpora in gymnasio nudasse, atque oleo perfudisse. Et M. Tull. lib. 2. de Orat. scriptum reliquit, Gymnasia delectationis, & exercitationis gratia primum à Græcis instituta. *Cal. lib. 7. cap. 26. A. L.*

Quomodo.

Dicta à pale palastra, non quia antiquior aliis sit, cæterum, quod ex certaminum generibus argillam, cum παλός Græcè dicitur, pulverem, & ceroma requirit. Neque enim cursum, vel pugillatum in palastris excolunt, sed luctam, & paneratum, quatenus in volutationibus consistunt. Nam temperatum paneratum ex pugillatu esse, & lucta liquet. Aliis παλός, id est, lucta ex παλός, id est, astutia, & dolo stemere, dicta est. Aliis à παλέ, id est, palma: quod hac parte manum agant præcipue luctatores: ut pugiles vice versa pugno: quapropter hæc exercitatio παρμα, illa appellata est παλός. Sed & quia συμπαλαί, & συμπαλαί, παλαίμας, id est, luctari dicunt poeta, quod agere potissimum conspicimus luctatores, huic etiam accommodare nominis explicationem licebit. Curiores laborant, ut plurimum à tergo relinquunt, & quam longissimè abint. Pugiles quamvis id maximo affectent, non sinunt curatores ludorum manus conserere. Solos luctatores ulnis stringentes, & complectentes videmus. Jam quia pleræque luctationes, cætu aggressiones, intereclat invasions, congressiones, & applicationes contrahunt eos, & committunt inter se: non est obsecrum, dictam παλός ex παλός, ἡ ἀπὸ τῆς ἀφίτης, id est, ex appropinquante, & propriogressu. *Plut. 2. Con. q. 4.*

Luctam Græci πάλη, à concussione, Latini à motu, unde luctare. Haud uno modo luctamur, aliquando amplexu mutuo ab aliis, & humeris: interdum consertis brachiis manu apprehensis. In pugna solis pugnis pugili uti licebat: in lucta impulsu tantum, & tactu, & pressione, & supplantatione, ut non cæderetur concertator, sed postmeretur. *Scaliger lib. 1. Poeticæ cap. 22.*

Luctari ceromate inungebantur, oleo, & cera mixtis: ministri Ceromatitæ appellati sunt. Mox pulvere aspergebantur (quem ἄσπλον vocabant) ut corpora ceromate, & sudore mutus luctantium prehensionis admitterent. Ea propter poetæ liquidam, madidam, unctam, fordidamque palastram dicere. *Ravissus.*

Patrobius libertus Neronis, ærenam à Nilo usque jubebat ibi afferri in theatrum, qua spargeretur. Quin & Leonato, & Cratæro, ac Meleagro Alexandri magni ducibus fabulum hoc portari cum reliquis militaribus commerciis solitum, historia tradunt. *Plin. lib. 35. cap. 13.*

OBITA. SIVE.

EXTRA PALESTRAM.

Jacob Patriarcha in Cananæam reversus, per totam noctem cum Angelo luctatus fuit. Qui cum videret eum à se non posse superari, ejus semur perfrinxit, ita ut claudicaret postea semper. *Gen. 12.*

Hercules cum Antæo Terra F. luctatus eum interfecit in sublimè elatum, cum aliquo quoties Terram matrem attingeret, vires recuperaret. *Lucanus lib. 4. Pharsalia, & Pbiloff. Imag. 2.*

CERCYON in Eleusinio agro in omnes hospites immanis fuit, maxime verò in eos, qui in lucta certamen descendere noluisent. Omnes autem, qui secum pugnarunt, occidit, excepto Theco, à quo luctandi imprimis arte est superatus. Palastricem enim Thecus primus invenit, & ab eo profecta palastritarum disciplina: ab ejus rei magistris celebrari cœpta, cum antè sola corporis magnitudine, & robore in lucta certarent. *Pauf. in Attic.*

Spartiatas perhibent in Leuctris à Thebanis peritis luctatoribus fuisse fitatos. Hinc apud Æschylum bellicosus quidam nominatur gravis in armis luctator.

IN PALESTRAM.

A viris.

ANDROGEUS Minois regis Cretæ filius, cum omnes palastras superaret, ab Atheniensibus, & Megarenibus, hinc ei gloriam invidentibus, interfectus est. Cupus mortem Minois pater ultus est bello. *Plut. in Theco.*

Milo Crotoniatis Olympicas palmas adeptus est sex, de lucta omnes, ex iis puerilem unam: sex Pythicas à viro, unam è puero cur certamine. Cum septimum in Olympium luctatus venisset, cum Timastheo ille quidem, quod civis erat, & peradolescentis, ac certamen recusat, non est congressus. *Pauf. lib. 6.* Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inventas, eryllallina specie, magnitudine fabæ: quibus Milonem Crotonientem usum in certaminibus, invidium fuisse videri volunt. *Plin. lib. 37. cap. 10.* Accidit, ut cum nemo contra illum progredi auderet ad coronam accipiendam, à designatore evocatus, in crus allaberetur. Hic cum spectatores clamarent indignum esse coronam, qui solus existens occidisset, exurgens per jocum dixisse fertur.

An non tribus partibus constiti (duabus scilicet manibus, & pede altero) altero lapso, & veluti dejecto? Quod si qui volet progrediatur, & reliquas partes luctando deciciat. *Lucilius in 2. Epigr.*

Spartæ ad Junonis Hypercheriæ sanum tumuli Ercemolis est effigies. Huic & ejus patri Hippolithis evenit, ut victores de lucta in Olympicis ludis declararentur, ad palmam undecimam, una tamen fuit pater filio superior. *Pauf. in Lacon.*

HYLLUS Rhodiensis annu duodevicesimum natus, rejectus est, quo minus in Olympicis ludis, cum pueris lucta congrederetur: de viris palmam adeptus. Idemque postea acceptis Nemeorum, præpropera creptus est morte, priusquam patriam Rhodium, & penates suos revivere. *Pauf. lib. 6.*

ARTEMIDORUS Trallianus eodem die, & eos, quos in Olympia adversarios habuerat, & in puerili ludicro, quos imberbes appellabant, & jam tertio loco virorum optimum Olympiade 212. quemque superavit. Et impuberum quidem in certamen, ex gymnici hominis provocazione, in virorum autem, convitio pancratiastæ laceratione, descendisse ferunt. *Idem ibid.*

PHERIAI Ægineta octava supra septuagesimum Olympiadem, quod erat adolescentulus, neque in luctandi certamine videbatur ullo pacto par adversario fore, de medio est justus recedere. Anno deinde insequenti admittus, pueros in lucta vicit. *Pauf. lib. 6.*

Evanoridas Elæus puerilis luctæ victoriam adeptus, cum unus de ludorum præcladis esset, ipse etiam eorum omnium, qui

qui ludis Olympiz vicerant, commentarium conscripfit. **A** *Idem ibid.*

A Chemone Argivo in luctu stratum Taurosthenem Eginetam memorat. Ipsum tamen Taurosthenem insequenti Olympiade omnes decessisse, qui in luctu certamen descenderant. Eodem, quo coronatus est, die spectum Taurostheni per simile, Agine victoriam ejus nunciasse dicitur. *Idem.*

Leonticus palastrita Siciensis, e Messana, qua ad fretum est, coronam ab Amphychionibus Elais accepit: qui in luctu haud alio more, quam Softratus in panratio, adversarios percellerat. Neque enim colluctantes sternebat, sed victoriam summis digitis collidendis extorquebat. Statuam ei in Alti fecit Pythagoras. Rheginus, fingendi peritia solers haud minus, quam quivis alius. *Idem.*

C RATINUS ex Agria Achaici conventus civitate, cum sui temporis omnium esset formosissimus, luctandi etiam arte longo intervallo omnes vicit. Is puer in palastra dejectus, obtinuit ab Elais, ut ludicra exercitationis magister proximo sibi loco statueretur. Statuam ejus in Alti fecit Sicyonius Cantharus Alexide genitus, artem ab Eutchide, *Edothis. Idem.*

B Chilon Achaus Patrensis Olympiade duabus de luctu viro- rum, Delphica una, quatuor Isthmicis, tribus Nemiatis nobilitatus est coronis. Sepulchrum ei publica impensa Achaie exere. Et praeterea quidem mortem oppetit. Testata res his verbis:

Solem lucta virum bis Olympia, Pythiaeque ornat,
Ter Nemeae, atque Isthmice quater undis
Chilonem. Patria est Patria: virtutis Achaevi,
Casum acie, memores, hoc posuere loco.

Ex aetate Lyippi, qui statuam ejus fecit, conicitur, vel ad Chironem in acie fessisse cum Achaie omnibus, vel solum prae cunctis Achaie prolo ei interfuisse, quod ad Lamiam in Thessalia cum Antipatri Macedonum regis exereitu commissum est. *Idem ibid.*

Topias luctator, frater Dionis Alexandrini. *Erasm. in Adagis, ex Suida.*

C Pyrethmen luctator Atholus, Degmenum Epem singulari certamen vicit. *Herod. lib. 6.*

Coricus luctator, cum neminem reperiret priorem, aut parem, cujus viribus succumbere, etiam adagio fecit locum, Luctari cum Corico: de his, qui aliquid supra vires audacius moluntur.

Softaus Sicyonius, cognomento Achroerhites, arreptis extremis adversarii manibus, eas frangebat: nec prius dimittebat, quam sensisset eum deficere. Fuit & Leonticus Messenius Siculus, qui eodem modo, quo Softratus, certavit. Nam quod ille in panratio, hoc Leonticus in luctu faciebat. Tradunt enim institutum fuisse a Clearcho, discipulo Eurichi Corinthii, & Chilonis Patrensis. *Suida.*

Clitomachus Palastritam non tam commendat vires, quam pudicitia: quod etiam coeuntes canes, sine horrore non possent aspicere, aut in convivis aliquid impudicum permittere. *Alian. apud Volat.*

Pindarus Eginetam Alcimidam juvenem, sexto hymno Nemeo evehit ad luctu victoria, a majoribus, avo feliciter suo Praxidamante, qui novies victor coronatus fuit, femel in Olympiis, quinques in Isthmici, & ter in Nemeis.

Maximinus Thrax, qui Alexandro Mammeae filio successit, D & cum Maximino filio postea imperavit, cum adhuc privatus in adolescentia ludos spectaret natalitio Getae die editos, a Severo Imperatore ludendi potestatem peti. Cui, quod barbarus erat, cum ludendi cum equite negata esset facultas, permissum fuit, ut cum gregariis luctaretur. Ex horum numero sexdecim ad certam proftratis, partoque praemio, quod victori paratum erat: cum Severus etiam graviorem in re virtutem ejus experiri vellent, adhibent inter eos, qui pedibus officium equo insidenti praestabant, longo cursu, magnique circuituionibus equum prius, quam Maximinum defatigavit. Ad eumque non sine admiratione conversus, petit. An adhuc luctari vellent? Qui nulla lassitudine offensa, cum adhuc luctandi conditionem accepisset, septem equites validos viros profstravit. Conclitatus ob id ipsum Imp. cum jam ordinis duces ret, exercebat lucta milites suos, multos ad terram profstravit. Itaque cunctis invidentibus, tribunas quidam vasti corporis notaque virtutis, atque ob hoc ferocior, dixit: Quid magni facies, si tribunas tuos milites vincit. Tum Maximinus, Vires congediamur: Cum profstravit, palma pectori impacta supi-

num rejecit, continuoque dixit: Date alium, sed tribunam. *Capitolinus.*

E MAXIMIANUS Imp. crudelissimus, cum Thessalonice, capto Demetrio praefecto urbis propter Christum equestres ludos exhiberet, atque in iis spectatorem nobilem, & invictum Lyzum produxisset, nec quiquam cum illo congressi aude- ret: Nestor Thessalonicensis juvenis Christianus Demetrium accedit, & ab eo petit, ut permitat sibi cum pugile congressi, sed oratione sua robur, viresque sibi auget. Tum Demetrius: Vires Lyzum, simulque pro Christo martyrium sustinebis. Ille certamen progressus, Lyzum in mucrones crectos profstratum occidit, & mox ipse jussu Imper. quod clarissimum pugilem occidisset, cum Demetrio interficitur. *Nicephorus lib. 7. cap. 15.*

Mulieribus.

Spartanorum Virgines nondum adultae palastra exerebantur nudae. Quod studium Plato nequaquam improbat: censuitque, ut non modo puellae, sed & anus luctarentur cum viris, ut patientes laborum facile res arduas subirent. Quorum studio in posterum adeo affici sunt, ut gymnasia, & palastras occupasse animos eorum tradunt, et pro fortibus militibus se bonos palastritas, & athletes dici potius exoptant. *Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 25.*

In Chio insula in gymnasia, cursusque accedere, suavisimum est, juvenefque luctantes cum puclis intervi. *Athenaeus lib. 13. cap. 7.*

PUGILES. PUGILUM CERTAMINA.

Pugil, *αγωγος*, qui pugno plaga impingere potest, & solo percussu adversarium proferere. Hinc *αγωγος*, percussor, ab usu percutiendi, dicitur Ariffi. & Polluci. Primum certamen olim pugnis nudis factum est: itaque *γυγης*, Gracis, & *μυγος*, Pugil. Latinis Pugna inde, atque etiam Pugnis: quoniam manus, quae erat antea passa, & *μυγος*, unde nomen habet, clausis digitis effecta est *μυγος*, densa. Pugnis addita lora ad munimentum, propterea quod nudi cum ferrent, saepe plus damni acciperent, quam facerent. Ea lora Graeco vocabulo Cestus dicitur (*κεστος enim cingulum*) brevis initio: mox, ne excussa exerentur in ictibus, tum cubito, tum humero alligabantur. Postremo ferrum, plumbumque assum- tum est, levissimo spectaculo. Cerebrum enim, ac guttur facillime elidebant. Ideo aurium munimentum inducebant, *αυροδωκας*. Pila plumbea Spharæ dicitur, unde *σφαυρομαχια* *σφαυρομαχια*. Tota ars, istum vitare, non fuga, sed corporis inclinationibus, & flexionibus. Tum autem excipere istum ictu, si fit fortior. Postremo ne inferre ictum frustra: concidebant enim plumbi onere praecipites acti, si impensius niterentur verberare. *Scaliger, lib. 1. poet. cap. 22. & Celsius lib. 13. Antiq. Lecti.*

Hercules diens ex Hispania, cum per Italiam ad mare descendisset, apprimé angustum, utpote tredecim stadiis latum, sicut Timæus asserit, boves quidem nando in Siciliam appulere, ipse cornu bovis inmixtum mare trajecit. Cupiens autem circumire Siciliam, à Peloro ad Erycem cum pervenisset, perambulavit, ferunt Nymphas ei calidas aquas in requiem corporis parasse. Appropinquantem suae ditionis locis Herculem, ad palastram provocavit Eryx, Veneris ac Buteae ejus ora regis filius. Ora praevium contentionem, cum Eryx patriam, Hercules praemium certaminis boves offerret: indi- gnatus primum Eryx dicitur, boves minoris aestimationis sua regione comparari: Herculem verò respondisse, boves sibi pluris esse: quibus si privaretur, immortalitatem esset amissurus. His acquiescens Eryx, in eo certamine victus, patria spoliatus est. Eam postmodum incolis liberam ae conditione dedit, ut fructibus illius fuerentur, quoad aliquis ex liris posteris ad ea loca transfret. Quod & ita contingit. Multis enim postea seculis Doricus Lacedaemonius ad Siciliam navigans, ac regione recepta, Herculæum urbem condidit. Quae cum brevi crevisset opibus, Carthagineus tum invidia, tum timore, ne quando viribus aucta Pænorum imperium decideret, magnis copiis à se obessam, captamque evertente. *Diod. lib. 4. cap. 3.*

Cestum ludicrum Olympiade vigesimatercia restitutum Elide. In quo vicit Onomastus Smyrnaeus. *Pausanias lib. 5.*

Ex duobus Tyndaridis Castor fuit equitatu clarus, Pollux pugillatu. *Ovidius.*

Tyndari-

Tyndaridis fratres, hic eques, ille pugil. **A** Et Horatius. *Castor gaudet equis, ovis prognatus eodem Pollux.*

Amicus Bebyriorum rex filius Neptuni, castibus clarus, quem occidit Pollux. *Sidonius.*

Sparta Therapasa pugilem cum gymnade pinguem Stratum Bebyriis Amicum suscepit arenis.

Butes Amicus filius, & Eryx Butea, illustres pugiles, Buteum Dares interfecit. Eryx magister fuit Entelli, cujus castus Entellus ipse in Dareta certaturus protulit. *Virg. lib. 5. Eneid.*

In Nemeis ludis cum Creugas Dyrrachinus pugil, & Damoxenus Syracanus diem pugillatu ad vespem exemissent, inter eos convenerat, cuncta audiente spectatorum corona, ut vicissim alter, in quam iustus esset corporis partem, singulalterius plagas acciperet. Nondum instituerant pugiles castus, attenuato in acutum lora, ad utriusque manus articulum, quem Graeci *καπηριον* vocant religare: sed e crudo bovis corio, implicatis arte volam vetere inter se torulis (Melichas appellabant) & ad vales revindis depugnabant.

B Quo fiebat, ut digiti nudi relinquerentur. Tunc quidem Creugas prior Damoxeno in caput plagam infixit. Jussit illum manum immotam sustinere. Quod cum ille fecisset. Damoxenus infestis digitis partem alvi petiit, quae infra costas est. Ea vero fuit cum unguium duritia, tum incursum impetus, ut immisistis utrinque manibus vifera apprehenderit, eaque dilaniata extraxit. Expiravit statim Creugas. Argivi Damoxenum, quod pacis non fessisset, quippe, qui non uno, sed pluribus vulneribus adversarium confecerat, exilio multarunt: Creugas jam mortuo palmam detulerunt, eidemque statum Argis posuerunt, quae ad Paulaniam usque aetatem in Lycii Apollinis templo fuit. *Pauf. in Arcad.*

Cleomedes Asitypaleus Epidaurium pugilem armatum unico ictu intermis occidit, occisio latera aperuit, & injecta manu eduxit infesta. Ob quam reverentiam, cum à iudicibus in jus vocaretur, per forum abiens, columnam (qua ludi literarii dicebantur) disjecit: eaque ruina pueros omnes adobruit. Alii dicunt fugientem in Minerva templo arcam ingressum, operculo se obtexisse, ubi nulum reperit sit. *Plut. in vit. Romuli, & Pauf. lib. 6.*

C BYSELLUS primus eunctis Sicyoniis Olympiz pueros in pugillatu vicit. *Pauf. lib. 6.*

G LAUCUS Marinus, ex Anthedone Bœotiorum (oriundum à Glauco martyno Deo memorant) patrem habuit Carystium Demylum. In agro vero colendo à puero versatum tradunt. Cūque fortē refixum vomerem manu pro malleo usus restitisset in pristinum atarri locum, patrem, cum id animadvertisset, puerum in Olympicum pugillatum deduxisse. Ubi cum Glaucus ab adversariis male mulcetur, quippe qui profus erat artus ejus inficius: cumque congressus cum eo, cui extrema obtigerat fors certaminis, vulneribus jam propē confectus succumberet, inelamasse dicitur pater, Illam fili, ab arato. Ea itaque voce puerum excitatum acri plaga adversario pulso mox victorem judicatum. Coronas idem cepisse dicitur Pythiorum duas, odonos Nemeorum, & Isthmiorum. Glauco filius statuam posuit, opilex fuit Glaucias Egineta. Umbatilis pugnae habitum pra se fert, quod omnium suae aetatis manus ad certam legem moverit apiffimē. Cū decessisset, à Carystis in insula sepultum tradunt, quae ab eo Glauco nomen habuit. *Pauf. lib. 6.*

D EURYDAMAS Cyreneus, cum in castum pugna victoriam adeptus esset, in ea ipsa pugna dentes ab adversario decessit aborsit, ne qui contra luctaretur animadverteret. *Alian. lib. 10. de varia hist.*

Hippomachus Elaeus, Machaonis F. pueros castu vicit in Olympia, tresque adversarios perculit, neque plaga, neque vulnere in illa corporis parte percipit. *Pauf. lib. 6.*

Ferunt, Heraclidem fuisse pugilem, infiniti propē cibi, potusque capacem. Non reperiebatur illi par in portando. Alios ad jentaculum invitabat, alios ad prandium, ad cenam alios, postremos ad comessionem. Recedebus primis iungebantur secundi, omnibusque sufficiebat solus. *Caelius lib. 16. cap. 16.*

NICODORUS Mantinae pugil nobilis, simul & philosophus, quantum gloria in certaminibus patriae attulit, tantum aetate jam provecata certare definens, legibus, & institutis consuluit. *Alian. lib. 2. de varia hist.*

DEMARCHUS Parrhasius Arcas, pugil in Olympia vicit. Hunc in Jovis Lycii sacris in lupum se vertere, ac decimo

rursus anno pristinam recipere hominis figuram, fabulati sunt. *Pauf. lib. 6.*

ARCHIPPUS Mitylenaeus, castibus illustris, Coronas Olympicas, Pythicas, & Isthmicas cepit, cum annum nondum excepsisset vicefimum. *Pauf. lib. 6.*

EPITHEAS Metrodori filius, ex Erythris Joniae, nobilis pugil, in quatuor certaminibus victor. *Pauf.*

ALCOENETUS Lepreates, Theanti F. puerilem coronam mox etiam virilem e castuum certamine, Olympia retulit. Ejus filii Hellancius 89. mox Theanthus nonagesima Olympiade, de puclili pugillatu victores sunt renunciati. *Pauf. lib. 6.*

DIAGORAS pugil, cum Aceflao F. & tota prole statuas habent Olympia, in Alti, Jovis loco positas. *Pauf. lib. 6.*

DIOXIPPUS Atheniensis pugil Horatium Macedonem ex invidia se ad singulare certamen provocantem, variiusque male dictis infestantem, primo congressu superavit. *Diod. lib. 87. & Sab. lib. 6. Etn. 4. & E. lib. 10.*

SUIDAS, Murem, at, athletam quondam, seu pugilem Tarentinum, in Olympiade certaminibus apud Pisam semel duntaxat victorem difcessisse, idque plurimis acceptis plagis: atque inde natum proverbium. Quanta Mus apud Pisam, fubaudit tult. *F. Erasim. in Adagis.*

HOPLOMACHI. GLADIATORES.

Armorum appellatione intelligimus ea, quae punctim, castissime adversarii manu corporis unitatem solvant, & vulnus inferunt.

EXTRA THEATRUM.

Apud Nasamones, à virginibus quotannis ad Tritonidis paludem certamen edi, memoriae prodium est: quo non cursu, sed pugnis, & fustibus certabant. Ex quibus si quo ictu concidisset, falsa censetur virgo: victrix vero armata vestebatur curru. *Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 8. ex Herod.*

Parvionem ducem Atheniensium clarissimum Pittactis Mitylenaeus singulari contendens certamine, reti sub clypeo latente involvit, atque hoc modo superavit. *Herod.*

ARISTOMENES Messenius solus trecentos Lacedaemonas occidit. Tandem vulneratus, & captus, mortem per cuniculos, G subterraneasque caernas effugit. Iterum captus, custodibus somno sepultus accessit ad ignem, & lora combussit. Tertio captus, cum Spartani dissecissent, introspectissemque qualis esset, repertus est hirsuto corde. *Plin. lib. 11. cap. 37.*

M. SERVILIUS, vir consularis, tricies, & vigefies in singulari certamine pugnavit, ac semper trucidavit hostem. *Plut. in Emilio.*

ASILLUS Lepidus puer adhuc in aetate progressus, hostem interemit, & civem servavit: cui propter id Romae in Capitolio posita est statua bullata.

IN THEATRO, SPECTANTIBUS

alii. Sic armati congregiuntur.

Pedites, Gladiatores, Xystici.

Xystici sunt dicti, quod in xystis, & longis porticibus exercebantur: vel à Graeco verbo *ξυστος*, quod est hasta, quod hasta depugnarent velut gladiatores. Hinc xyfarchus, qui gymnasio praefect. *Alex. lib. 3. cap. 9.*

Gladiatorum genera sunt Retiarii, Secutores, Mirmillones, Hoplomachi, Thraces. Horum magistri dicuntur Lanista, qui gladiatorum domi exerebant, instituebantque tyrones, quos vendebant muneratis: Erant Munerarii spectaculorum exhibitores, qui ludos gladiatorios populo exhibebant, Graecis Agonotheae. Retiarii pugnant in Mirmillonem vocabulo à rete deducto, quod suo seuto ferebant: ut involverent inimicum, Mirmillones nomen habuerunt à Mirmillonio genere armaturae Gallicae, quo utebantur. Retiarii tunica utebantur & fuscina. Suet. Retiarii, inquit, tunicati quinque numero gregatim dimicantes, sine certamine ullo, totidem secutoribus succubuerant, cum occidi juberentur, unus resumpta fuscina, omnes interemit. Secutor galeam ferebat, & clypeum falcemque supinum: Retiarius galerum tantum. *Juvencus Satyra 8.*

Negalea frontem abscondit, movet ecce tridentem.

NICOLAUS Damascenus Peripateticus, & historia xx. de Romanis sic scribit: Gladiatorium spectacula non in conventibus